BVRGVNDIA
DVCATVS.

Sunt *in hac Burgundia & eius confinibus.*

- Comitatus
  - *Dijon, Metropolis & Parlamentum Regium, summusque Senatus. Auſtun, Tonnerre 24 51: 47 25. Chalon ad Sagonam vulgo Sonam, quæ veteribus eſt Anar, fluuium. Maſcon, S. Martin, Nouers, Langres, Auxerre, S. Iangou.*
  - *Charrolus, de hoc Comitatu cui nunc iure competeret magna fuit inter Reges Philippum Hiſp. & Henricum 2. Franc. controuerſia, dum pacem ſolidam & perpetuam inter ſe conſtituerent, nupcijs inter Philippum & Iſabellam Henrici natu maiorem filiam contractis. ſed ſuperarunt Hiſpanorum rationes. Itaque qui ab Henrico detinebatur, tum Regi Hiſpaniarum ex integro fuit reſtitutus, à quo tempore vti prius prouocationes iuridicæ Dolam ad Regium Senatum Parlamenti, veluti ſupremi eius domini deuoluuntur, ibique ſiſtuntur. Cuius Comitatus titulo, Ducis Burgundiæ filius natu maior, viuo patre fuit inſignitus, veluti Carolus Audax quamdiu Philippus pater ſuperfuit, & Carolus Quintus viuo etiam Philippo patre. Harum rerum teſtem habeo doctiſſimum virum, & rerum politicarum obſeruantiſſimum, Ioannem Metellum Sequanum. Quæ de hoc Comitatu in Galliæ vniuerſali ſunt notata, antiquiora tempora ſcriptaque ſequuntur.*
- Dominia
  - *Chargni forte Chagny 26 2: 46 15. Monliet forte Montit 25 13: 47 9. Auxone, Rogemont 25 18: 47 26. Muſſy 25 45: 47 43. Breſſemont, Sees, Mombys, Sennegnon, Gilly 25 23: 47 32. Valenton, Tirecourt, Cheuilny, Aineuille, Eſpirey forte Epiryn 25 42: 46 11. Taruant, Broſſey forte Broſſe 25 45: 45 50. Rochefort 25 58: 47 23. Aincourt ſiue Agincourt 26 5: 46 37. Viteau. Quibus adduntur etiam, Arlay 26 30: 46 15. Ragny 24 56: 47 7. Chalignny, Mommartin, Longey, Beauchamp. Couches 26 0. 46 47. Quæ, addita hac Burgundia inuenti nominata Dominia, quanquam in tabulis ſignata non reperiantur.*

Epiſcopus Auguſtudunenſis ſiue Heduenſis, auſtun, & Matiſconenſis Maſcon, & Cabilonenſis Chalon, & Lingonenſis Langres, ſubſunt Archiepiſcopo Lugdunenſi.

Meridiani poſiti ſunt ex ratione paralleli 46 40. ad circulum maximum.

GERARDUS MERCATOR *Atlas sive Cosmographicæ Meditationes de Fabrica Mundi et Fabricati Figura* DUISBERG, 1595 THE LESSING J. ROSENWALD COLLECTION, LIBRARY OF CONGRESS Octavo